

inspirados y devotos sentimientos, entrelazados en verso libre.

¡A los 88 años se pulsa todavía la lira con vigor juvenil!

BAZ CARRILLO C.M.F., JOSE - *Elevación sobre el gran mensaje de la «Señora de Fátima» en el 50 Aniversario de sus Apariciones.* Misión Española de París, 13 de mayo de 1967, a multicopista, 31 x 21 cm., pp. 37.

Súmase la obra a las tres o cuatro que llevamos aquí reseñadas, sobre el L aniversario de Fátima.

Son aquéllas de fondo histórico, tiene ésta carácter dramático. En verso romance de un mismo asonante va escénicamente presentando el desarrollo de los sucesos de Fátima.

Este drama, con deje de auto sacramental, se dedica a nueve centros de apostolado de laicos, que prestan su colaboración a la «Misión Española de París».

Disponen ahora de una representación plástica para la evocación de aquel maravilloso drama de Cova de Iria.

LUIS SUAREZ C.M.F., PABLO - *Necrología del R.P. José Ramos García C.M.F.* Editorial Montepío Diocesano, Vitoria, pp. 28.

Apareció en el la Crónica, de la Provincia, y ahora se edita separadamente.

TISNES C.M.F., ROBERTO MARIA - *Los Mártires de la Patria, 1810-1822* (Estudio). Universidad Pontificia Bolivariana, Colección «Rojo y Negro», Medellín, 1967, 16 x 12 cm., pp. 67.

Trae cuatro listas de nombres de quienes cayeron en ese período convul-

sivo del nacimiento de la Nación Colombiana.

Corresponden a patriotas, heroínas, extranjeros y compañeros de Caicedo y Macaulay, fusilados en aras de la independencia patria.

De cada uno se indica la fecha y lugar de la muerte por lo menos.

Preceden unas Notas Preliminares, que ofrecen una visión de conjunto de aquella época, y siguen el epílogo y la bibliografía.

### Artículos

CANAL C.M.F., JOSE MARIA - *Los sermones marianos de San Fulberto de Chartres.* Aparecido en *Recherches de Théologie ancienne et médiévale*, Tome XXXIII (Janvier-Juin 1966), Louvain, pp. 139-147.

CANAL C.M.F., JOSE M. - *El «Stimulus amoris» de Santiago de Milán y la «Meditatio in Salve Regina».* Aparecido en *Franciscan Studies*, vol. . . . (1967), New York, pp. 176-188.

GARCIA GARCES C.M.F., NARCISO - *María y la evangelización a la luz del Concilio.* Separata de la revista *Misiones Estranjeras*, n. 53 de 1967, Instituto Español de Misiones Estranjeras, Burgos, pp. 37-50.

GONZALEZ RAPOSO C.M.F., JOSE - *Edificar em Cristo.* Separata de *Revista Eclesiástica Brasileira*, vol. 27, fasc. 1, Março de 1967, pp. 55-68.

LOPEZ SALGADO C.M.F., CESAREO - *La tesis doctoral de Wesner Jaeder.* Aparecido en *Revista de Humanidades*, Universidad Nacional, Córdoba (Argentina), junio 1966, 9, pp. 131-144.

DESIDERIO HERNANDO, C.M.F.

# ACTA OFFICIALIA

## E CAPITULO GENERALI

XVII CAPITULI GENERALIS ADHORTATIO AD CONGREGATIONEM DE FIDE UT SIGNO NOSTRO PROFITENDA

*Dilectissimi Fratres:*

Vices vestras exercentes, cum impensa anxietate sed pari etiam cum spe Capitulum Generale peregrimus. Spiritus Sanctus qui nos congregavit, vestris comitantibus precibus, nos etiam sustinuit atque confirmavit.

Capitulo autem finem imposituri, ea quae in ipso vidimus et audivimus, scribimus vobis ut gaudetis et gaudium vestrum sit plenum (cf. 1 Jo. 1, 4).

Brevi documenta capitularia ad vos pervenient, quibus, ut speramus gaudio afficiemini, cum comperietis Congregationem in fide et caritate Christi et Ecclesiae vivere, atque Concilio Vaticano obsequentem cum animi iubilo et modo officiali missionarium vocationem suam in Populo Dei recognovisse et efficacitatem spiritus Sancti Antonii Mariae Claret etiam in hisce temporibus validam reperisse.

Ultro vobis fatemur, nos veram conversationis necessitatem expertos esse atque cotidianam communionem eucharisticam multivoce circum altare sacrūm celebratam, sensim in communionem caritatis et catholicitatis inter plures mentium Patrum Capitularium varietates transiisse.

E Capitulo iamiam discessuri, eandem vobis a Deo apprecamur mentis et actionis conversionem, quae his praesertim modis palam fiat, scilicet:

- ut suam quisque detegat propriam vocationem;
- ut magni aestimemus et re vera affirmemus vota religiosa;
- ut continuo Deum oratione quaeramus;
- ut caritatem profiteamur qua animi plene concilientur et bona generose communicentur;

— ut ultro inter se collaborent sodales, domus, ipsaque instituta maiora;

— ut tum sodales tum communitates liberali studio opus apostolatus foveant;

— ut attenta perceptione missionaria nostri temporis signa scrutemur.

Signum autem Congregationi dare cupientes, quo ipsa iuvetur ut Decreta capitularia in vitam nostram transeant, utque totum opus renovationis, sive internae sive externae, proximis annis Capitulum sequentibus uno quasi cardine regatur, FIDEM ut signum ac tesseram aetatis postcapitularis assumpsimus.

I) FIDES quae in spiritu prophetico et in vita apostolica Fundatoris nostri primum locum obtinuit, prima quoque ponenda est in perfectione prophetica et vita missionaria nostra (cf. Const. I, 115). Partem igitur habentes missionis propheticae Christi in Populo Dei, vocatio missionalis nos urget ut peculiarem sensum FIDEI possideamus, ut FIDEI speciale testimonium perhibeamus et ut strenui eiusdem FIDEI praecones extemus.

II) Ecclesia FIDEM *de fontibus Salvatoris hauriens* (cf. Is. 12, 3), continuo renovatur ut *profundioribus interrogationibus homini hodierni* (cf. GS 10) apte respondere queat. Congregatio nostra, quae et ipsa est Ecclesia, dum cotidie in Verbo et in Eucharistia renovatur, urgentes quaestiones fundamentales mundi nostri captare curabit ut eas ex FIDE solvat, quae *omnia novo lumine illustrat et divinum propositum de integra hominis vocatione manifestat* (GS 11).

III) Nos oportet ex FIDE vivere et ex ea responsum dare actioni salvificae Dei quae etiam in mundo hodierno cernitur. Permulti nostre aetatis homines testimonium nostrum non accipiunt eo quod illud non dilucide perhibemus vel mediis adaequatis perhibere nescimus. Vita nostra omnibus qui nos circundant ubi sit Deus nuntiare debet, et quid ipse Deus erga nos in Ecclesia et in mundo perficiat.

IV) Signa temporum mundum ostendunt FIDEI adversum, sive eo quod mundus, sibi sufficiens cum videatur, in semetipso salutem quaerere intendit; sive quod, materialisticae conceptioni obnoxius, sensu supernaturali orbatur; sive quod propter nimis levem credentium institutionem, ipsa religiosae vitae substantia vacua est. Ceterum multa dantur signa temporis quae mundum signant angustia

pressum quique eam superandi impar, FIDEM clamat. Congregatio nostra inter homines christianos et non christianos per orbem diffusa, omnibus Evangelium, *Dei virtutem et Dei sapientiam* (1 Cor. 1, 24), suppeditare tenetur.

V) Huius aetatis homines sensum rerum invisibilium amiserunt et prorsus carent perfecti specie et forma (« ideal ») qua duce cum Deo coniungi possint, et magis ac magis a fratribus avertuntur. Nostre Congregationis in mundo hodierno est ut quos proximos habemus homines iuvemus, ut illam perfectionis formam recuperent et ut nosmetipsos omnibus anxietatibus mundi Christum exspectantis aperiamus, quin tamen eius concupiscentiis obnoxii fiamus.

VI) Consecratio religiosa in Congregatione Missionariorum FIDEM nostram exigit totam, quippe qua Deo in Jesu Christo et Ecclesiae suae tradidimus nosmetipsos. Ea quidem FIDE tenemur ad plenam fidelitatem erga Magisterium ecclesiasticum; per eam magis ac magis nobis aperitur *Mysterium Christi quod totam generis humani historiam afficit* (OT 14), et, per eandem iam in Ecclesia peregrinante *Deus praesentiam vultumque suum hominibus vivide manifestat* (LG 50).

Hisce omnibus ante oculos habitis cogimur, Fratres, ut FIDEM signum ac tesseram vitae Congregationis tempore renovationis postcapitularis proponamus, dum oculos fiducia plenos ad Cor Matris convertimus, quae *beata fuit quia credidit* (cf. Lc. 1, 45).

Hoc signum FIDEI omnibus Cordis Mariae Filiis ostendens, Capitulum memoriam facit vis intercessionis omnium fratrum nostrorum qui nos praecesserunt cum signo et in testimonio Fidei; fiduciam quoque collocat in agnita fidelitate fratrum qui, seniores aetate, columnen sunt traditionis elaretiae quae nunc renovatur; vitae pariter se commendat mediationi fratrum qui aegritudine laborant vel alio quovis modo gravantur; robur etiam sibi pollicetur a multiformi ministerio apostolico tot fratum qui, Fidei praecones, Evangelium annuntiant in terris Missionum et in ceteris activitatis Ecclesiae plagiis; spe demum firma sustinetur quam Congregatio repositam habet in adulescentibus quos indesinenter ad vitam religiosam et ad sacerdotium promovet, qui quidem primi futuri sunt qui opus capitulare renovationis suum faciant.

*Ab Urbe Roma, anno Fidei, die 14 m. novembris, anno 1967,  
quo die finem Capitulo Generali XVII facimus.*

## MI PRIMER SALUDO A LA CONGREGACION

Llamado, por voluntad del Capítulo, a gobernar nuestro Instituto, he tomado, desde el primer momento, una actitud de servicio y de disponibilidad. Quiero estar a disposición de todos vosotros para ayudaros a vivir el ideal claretiano con espíritu de serenidad y fraternidad.

He aceptado la carga suprema de la Congregación porque estoy convencido que tengo que ser instrumento dócil en las manos de Dios, y porque — a la luz del Concilio Vaticano II — sé que tengo a mi disposición las energías y los dones de gracia de todos mis hermanos in Corde Matris.

Para renovar nuestro Instituto — motivo por el que nos encontramos reunidos en Capítulo — es preciso tomar como punto de apoyo la vitalidad misma del Instituto. Tal vitalidad es su carisma y su patrimonio secular, así como también el producto de la personalidad humana y sobrenatural de cada uno de sus miembros.

Nuestros teólogos han ilustrado doctamente en Capítulo el modo de enriquecer el patrimonio espiritual del Instituto. Pero en definitiva el resultado de nuestro rejuvenecimiento interior y exterior está ligado al grado de colaboración — activa y responsable — que cada uno de nosotros quiera prestar.

Por esto mi saludo es, además, una invitación, un mensaje.

Creo que cada uno de nosotros se hará cargo más gustosamente de la parte de responsabilidad que le toca en este esfuerzo común de rejuvenecimiento de la Congregación, si se siente integrado vitalmente a la misma. Cuando los hermanos se sienten próximos, cuando se sirven mutuamente de ejemplo, de estímulo, el trabajo resulta más ligero, más eficiente, puesto que se sabe con certeza que se pertenece a la misma familia. Todo nuestro trabajo adquiere entonces una razón inmediata de ser y de vida. Se siente que de cada uno de nosotros depende el progreso, la paz de la colectividad, de la familia religiosa.

Nos conforta saber que este espíritu de familia, que según Paolo VI es uno de los pilares de la convivencia religiosa, sobre todo en los tiempos actuales, constituye también uno de los elementos más ciertos de nuestra espiritualidad primigenia.

Mantener y rejuvenecer el espíritu de familia en nuestras comunidades, en el gobierno, en la formación y también en el apostolado será uno de los objetivos de nuestro generalato.

Un factor capital que determina el desarrollo orgánico y tranquilo de la familia es el superior. Saludamos a todos y a cada uno de nuestros superiores.

Cuando la Iglesia nos exhorta a ejercitar la autoridad con espíritu de servicio hacia los hermanos, nos recuerda que estos hermanos son hijos de Dios, en los cuales resplandece la dignidad de la libertad. Los superiores están llamados a expresar en la comunidad de sus hijos consagrados, el amor con que el Señor mismo nos ama. Me gustaría que nosotros, superiores, fuésemos de verdad para nuestra familia religiosa un signo del amor de Dios, más buenos que rígidos y libres de todo egoísmo paternalista, guías prudentes y servidores fieles de nuestros hermanos.

Un saludo particular y un mensaje de cálida esperanza para aquellos que no sienten el espíritu de familia, para aquellos que quizá vacilan, para aquellos que sufren, tal vez, injustamente, para aquellos que están cansados y desilusionados. Tengan confianza. La Congregación tiende aún sus manos hacia ellos. También el Señor hace otro tanto cada día por nosotros. En la familia claretiana hay un puesto para todos. La alegría más grande que podremos tener es la de saber que también estos hijos afligidos e inciertos ofrecen su generosa colaboración a este trabajo común de renovación de la Congregación.

Un saludo a nuestros queridos padres y hermanos que trabajan en todo el mundo a través de tantas formas de apostolado, en las grandes metrópolis o en las zonas más abandonadas. Un saludo particular a cuantos se fatigan en los territorios de misión. Un saludo a los enfermos y a los ancianos. De todos espera la Congregación el ofrecimiento de su oración, de su sacrificio, de su trabajo para enriquecer mayormente el tesoro de la Congregación.

Un saludo cordial a nuestros jóvenes; son para nosotros lo que los hijos en la familia humana: la alegría, el consuelo, e incluso la razón de nuestro trabajo y la esperanza de nuestra vejez. Los jóvenes son la poesía de nuestra vida de familia.

Trataremos de escucharles siempre y de comprenderles en todos sus problemas. Cuando no nos sea posible conceder alguna cosa, nos

esforzaremos por encauzar sus aspiraciones y sus frescas energías hacia el magnífico ideal de la vocación apostólica.

Así, en este clima de verdad en la caridad, podrán conocer mejor y apreciar los valores que encierra la experiencia, el ejemplo y la vida de los misioneros más avanzados en edad.

Os pido a todos que améis la propia familia religiosa, que tengáis confianza en ella, que viváis de manera que crezca y sea cada vez más bella. Esta familia, sencilla y renovada, nacida de la mente profética y del corazón ardiente de un gran hombre que tuvo como máxima aspiración de su vida el ideal evangélico de difundir a toda la familia humana, en todas las partes del mundo, con todos los medios, la Palabra de Dios.

El ideal que el fundador nos transmite y hoy el Capítulo nos propone, es maravilloso y a la vez comprometedor. En este momento histórico de la Congregación aunemos todas nuestras fuerzas, todas nuestras iniciativas y luchemos juntos por la gloria del Padre in Corde Matris hacia un mundo nuevo de salvación.

Roma, 7 octubre 1967.

P. ANTONIO LEGHISA, C.M.F.  
*Superior General*

### DISCORSO DEL REV.MO P. GENERALE

Eminenza Reverendissima,

Questa mattina, in quest'aula capitolare, i nostri teologi hanno discusso e illustrato lo schema sul carisma della Congregazione Claretiana. Dopo aver tratteggiato il carisma apostolico del Fondatore, S. Antonio M. Claret, lo schema mette in rilievo le caratteristiche peculiari di questo carisma trasmesso vitalmente a tutti i Clarettiani.

Una di queste caratteristiche — potremmo dire la principale — è la speciale devozione che tutti i membri della Congregazione nutrono verso il Sommo Pontefice e la Gerarchia, alla quale professano ubbidienza e nella vita religiosa e nelle attività apostoliche.

Eminenza, in questa nostra epoca di fermento e di rinnovamento conciliare, si avvertono anche tra di noi, in seno al Capitolo, differenti punti di vista, opinioni e aspirazioni contrastanti, distinte più o meno fortemente dal segno dei tempi. Ma tutti noi ci ritroviamo coscientemente concordi in un punto: nel segno perenne della Chiesa e nella fedeltà al Sommo Pontefice.

In perfetta coerenza a questi principi, ci apprestiamo ora ad ascoltare la Venerata parola di Vostra Eminenza, che nella scala gerarchica ci rappresenta più da vicino il Vicario di Cristo.

Eminenza, noi vogliamo assicurarLa che il Capitolo e la Congregazione intera faranno tesoro dei preziosi suggerimenti e delle sapienti direttive che Vostra Eminenza vorrà esprimerci, per aiutarci autorevolmente nell'arduo lavoro di ripensamento e di aggiornamento del nostro Istituto, affinché esso, nelle sue rinnovate strutture e nel senso della vera cattolicità e disponibilità, possa rivelare nel suo corpo e nel suo spirito sempre più nitido il bel volto della Chiesa.

Roma, 3 ottobre 1967.

## ALLOCUTIO EMMI. CARD. HILDEBRANDI ANTONIUTTI

Grato animo devotum obsequium vestrum suscipio vestramque sinceram ostensionem religiosi spiritus et virtutis, cordiali prosequor officio.

Rev.mo Patri Petro Schweiger qui supremum Congregationis vestrae gubernium per plures annos peculiari zelo et sollerti alacritate exercuit quique illud sponte reliquit, liceat mihi congruis verbis laudem dicere ob bene gestum officium, illique vota proferre ut probatam operam suam in servitium Ecclesiae praestare magis magisque in Domino perget.

Novo autem Superiori Generali Rev.mo Patri Antonio Leghisa eiusque Consilio sincere gratulatus ob suam electionem, ex animo adprecor ut electorum fiduciae apprime respondere valeant atque coelesti protectione suffulti fidelitatem constitutionibus et spiritui Sancti Antonii Mariae Claret conservare studeant Congregationemque per orbem extendere satagant.

Hanc nactus occasionem, tamquam Praefectus S. Congregationis de Religiosis vobis verbum facere desidero de aliquibus argumentis quae familias religiosas praesenti tempore peculiariter respiciunt.

Compertum habeo vos diligent studio examinare quae Concilium Vaticanum IIum circa accommodatam renovationem vitae religiosae decrevit, ut per practicam executionem conciliarium decretorum bono consuleatis Congregationis vestrae eiusque incremento facilius provideatis.

Meminissime juvabit decretam renovationem fieri debere juxta instructiones per competentem auctoritatem datas ab Ecclesia, a cuius vigore et doctrina illuminandae sunt et dirigendae communites religiosae, non autem a discutibilibus opinionibus quorundam auctorum qui profanis aliquando novitatibus indulgentes genuinam Ecclesiae mentem non ostendunt. Nam quae ipsum Concilium post maturam deliberationem approbaverat, post-Conciliaris Commissio debita auctoritate illustravit et normas oportunas tradidit ab omnibus religiosis serio meditandas ut sincera humilitate et generoso fervore in proxim feliciter deducantur.

In Motu Proprio « Ecclesiae Sanctae » clare statuit potiores partes in renovanda et aptanda vita religiosa ad ipsa Instituta per-

tinere, quae id efficere debent praecepsim per Capitula generalia. In eodem tamen Motu Proprio additur: « Munus Capitulorum non absolvitur tantummodo leges ferendo sed insuper promovendo vitalitatem spiritualem et apostolicam » (Eccl. S. - Pars II, n. 1). Quae vitalitas spiritualis et apostolica ab intima unione cum Ecclesia tantum recipi potest. Ideo renovatio a Concilio decreta et a Capitulis exequenda semper cum Ecclesiae auctoritate peragenda est.

Per conatum sejungendi a centro Ecclesiae auctoritatem, crescit motus debilitandi hieraticum principium eiusdem auctoritatis, et ita periculum exurgit unitatem Ecclesiae laedendi et confusionem creandi. Ecclesia enim unica est societas in genere suo, quia per eam distribuuntur media salutis a Christo statuta. Tamquam auctoritatem habens loquitur Ecclesia, sicut ipse Christus locutus est, non dominationis spiritu ducta, sed virtute persuasionis et amore roborata, super fundamento hierarchiae auctoritatis posita.

Si naturam et structuram Ecclesiae in sua supernaturali realitate admittere quis renuat, mysteria religionis nostrae debite aestimare et sincero corde credere per difficile ipsi erit, cum illa mysteria tamquam praeteriti eventus tantum considerari possent, dum e contra consideranda sunt veluti permanens Christi praesentia in mundo. Nam in Ecclesia Christus ipse continuo docet, sanctificat et regit.

His innixa principiis religiosa Instituta suam possunt renovare et instaurare legislationem.

In Decreto Conciliari « Perfectae caritatis » perspicue dicitur sodales religiosos ita efformandos esse ut mundi huius aetatis adjuncta in lumine fidei sapienter diiudicantes atque zelo apostolico exarcentes, efficacius hominibus ipsis subvenire valeant.

Quod ad vos attinet, peculiaris nota Congregationis Missionariorum Filiorum Immaculati Cordis B.M.V. servanda est una cum suis pulcherrimis traditionibus; nam Concilium Vaticanum IIum indolem cuiusvis Instituti religiosi defendit et fovet (L. G. VI, 44).

Firmus ideo integerque manet caracter cuiusque Ordinis vel Congregationis Religiosae, juxta spiritum Fundatoris, circumstantis tamen concretis praesentis vitae applicando principia, leges, normas orientationes quas Fundator ipse, si hodie viveret, suo applicaret Instituto.

Decretum enim « Perfectae caritatis » statuit accommodatam renovationem vitae religiosae faciendam esse in singulis Institutis juxta peculiarem indolem suam. Ad hoc necessarium est ut « fideliter agnos-

cantur et serventur fundatoris spiritus propriaque proposita, neconon sanae traditiones quae omnia cuiusque Instituti patrimonium consti-tuent (P. C. n. 2).

Quinam autem est spiritus Fundatoris vestri?

Non est meum vobis exponere et explicare quae Sanctus Antonius Maria Claret fecit et docuit, cum vos perbene sciatis doctrinam et opera Eius, quippe qui filii estis amantissimi tanti Patris.

Memini in III sessione Concilii Vaticanii II, die 23 octobris, in festo S. Antonii Mariae Claret, secretarius generalis eiusdem Concilii brevi sed elevato sermone vestrum Sanetum Fundatorem commorasse, affirmando illum eminentem fuisse Patrem Primi Concilii Vaticanii, qui doctrina insigni et praeclera eloquentia strenuus fuit catholicae fidei defensor contra quosdam novatores illius temporis, ardenter sustinendo auctoritatem Romani Pontificis et infallibile Ecclesiae magisterium solemniter affirmando.

Hoc verum est. Attamen non tantum vir Pontifici Summo et Ecclesiae Christi addictissimus ille fuit. Pro veritatis defensione multa passus, missionarius exteras peragravit regiones, ardenti zelo ubique pro animabus adlaborans; et praedicator celeberrimus mentes illuminavit et corda fidelium igne Christi et Beatae Mariae Virginis amore incendit.

Fundator ideo eximius vester vobis reliquit exemplum praeclararæ pietatis, testamentum insignis caritatis, pignus admirabilis unitatis in soliditate fidei, in apostolica activitate, in intima unione cum Sancta Sede, in laboribus multis, in difficultatibus non paucis, in sacrificiis continuis, in humili paupertate, in donatione sui Deo completa.

Hic est spiritus Fundatoris Sancti Antonii Mariae Claret, secundum quem vestram debetis renovare Congregationem. Spiritus est ecclesialis, spiritus religiosus, spiritus missionalis.

Secundum hunc spiritum ne timeatis renovationes hisce temporibus postulatas in vestro vivendi et agendi more introducere, sed serio vigilate et attente videte ut ipsae in bonum cedant, devitantes illas quae sanctis regulis vestris contradicunt.

Non enim omnes mutationes progressum significant. Experientia docet mutationes festinanter introductas vel imprudenter adaptatas generatim nocumentum tulisse potius quam beneficium.

Attamen nimia prudentia excusatio ne sit ad inutilem et saepe nocivam ferendam dilationem vel ad negativas decisiones capiendas.

Concilium Vaticanum IIum de necessitate praesentibus temporibus adaptationis tractat non ad mundum indiscernitatem sequendum, sed ad ipsum reformandum et spiritu Evangelii imbuendum.

Quas Summus Pontifex docuit et docet per sermones et scripta securae extant indicationes et normae actionis in anxietatibus huius temporis. Ipse etenim Summus Pontifex clarissimis verbis necessitatem ostendit Concilii decreta sequendi et rectum ordinem a religiosis omnibus consequendum; et pontificiae instructiones apprime concordant cum doctrina monitis et spiritu Sancti Fundatoris vestri.

Contra arbitrarias conciliarium decretorum interpretationes, exactam Summus Pontifex enuntiavit et defendit notionem spiritualis vitae, rectam votorum praxim, excelsae Deo consecrationis conceptum, christianarum virtutum exemplar exercitium.

Bene nostis in hac post-conciliari periodo permulta scripta fuisse circa Ecclesiae doctrinam, oboedientiae praxim, sacerdotale ministerium, laicorum apostolatum, fidelium disciplinam, hierarchicam auctoritatem, vitae christiana reformationem, oecumenismum, dialogi usum et exercitium, communitatum religiosarum accomodatam renovationem, etc.

Aliquid sane mirum et dolendum etiam in nonnullis communitatibus accidit; deficit enim certitudo in obiectiva veritate; sensus corruptitur fidei unicae et genuinae; arbitrariae discussioni dogmata submittuntur quae humile exigunt mentis obsequium; insubstituibilis et providentialis magisterii auctoritas negligitur et aliquando ad extremas negationes advenitur.

Haec omnia attente praecavenda et omnino evitanda sunt in Congregatione vestra quorum sodales, superioribus suis praeeuntibus, proclamare debent se doctrinæ Ecclesiae per omnia assentire, juxta firma, sapientissima et pastoralia principia Fundatoris vestri qui filios suos religiosos volebat filios esse Ecclesiae atque validos cooperatores Summi Pontificis et Episcoporum.

Idecirco, uti Summus Pontifex aliquos religiosos docuit « semper cavendum est ut in sentiendo, in docendo, in scribendo, in agendo, nolint conformari huic saeculo et circumferri omni vento doctrinæ et praeposteris novitatibus concedere, praeter modum proprio indulgentes arbitrio » (7-V-65).

Et quia lex credendi cum lege orandi intime connectitur, vigilandum est ut in tota Congregatione vestra liturgicus cultus pie celebretur, juxta ritum Sanctae Romanae Ecclesiae, illas profanas devitando novitates quae admirationem provocant, animos conturbant, confusionem generant.

Cultus vero liturgicus cum vita apostolica et cum praedicatione connectitur. Et quia in Congregatione Missionariorum, sicuti vestra, praedicatio praecipuus est apostolatus, ideo necessarium est studio genuinae evangelicae praedicationis incumbere ut verbum Dei clare, praecise et simpliciter exponatur non solum ad credentes confirmandos, sed etiam ad errantes corrigendos et ad illuminandum his qui in tenebris jacent.

Oportet ideo vigilare ut patrimonium doctrinale et disciplinare diligenter custodiatur, atque sincera devotio Ecclesiae in omnibus exhibeat, innovationes devitando quae spiritui Concilii Vaticani Secundi contradicunt.

Rememoramini quae Summus Pontifex Capitularibus eiusdem per insignis Ordinis loquens dixit: « renovatio a novis temporum exigentiis postulata permittere debet hodie singulis religiosis facilius sequi divinum exemplar. Non est quaestio sese conformandi huic saeculo, sed amore et sinceritate quaerendi quod animos confirmare possit ad fidelius extendenda in mundo praesentiam, exemplum, sacrificium Christi, qui passus est pro gloria Dei et fratum salute (A.A.S. LVII, 782).

Mementote insuper praeteritum non esse aliquid abiiciendum; suum habet splendorem et gloria fulget eximia; si lux eius renovaatur et augetur, splendidius apparebit. Mutationes non morbose et arbitrarie facienda sunt, nec introducenda quae commoda, grata et mundana apparent.

Juvenes praesertim adsistendi et formandi sunt, quia in aliquibus locis crisim patiuntur quoad oboedientiam, traditiones et quosdam vitae religiosae manifestationes. Indigent ergo paterna directione in suis peragendis officiis.

In decreto « Perfectae caritatis » superioribus praecipitur ut voluntati Dei in munere explendo dociles, in spiritu servitii pro fratribus auctoritatem exerceant, et subditos regant qua filios Dei et cum respectu personae humanae, illorum voluntariam subiectionem promovendo » (N. 14).

Membra cuiusque familiae religiosae ante omnia sunt membra Ecclesiae quam uti matrem et magistrum ipsa venerare tenentur. Ne obliviscamini Ecclesiam semper et ubique primum occupare locum, et omnia in suo sancto servitio « corde magno et animo volenti » dirigenda esse.

Congregatio vestra mandatum accepit ab Ecclesia apostolatum exercere in expansionem regni Dei. Ad mentem Ecclesiae adlaborantes et eius voluntatem adimplebitis et Fundatoris vestri missionali spiritui fideles eritis.

Pietas, humilitas, poenitentia et unio cum Deo servandae sunt. Hisce qualitatibus et virtutibus muniti, melius et efficacius vestram actuositatem ostendere poteritis in animarum apostolatu, in praedicatione divini verbi, in operibus caritatis; et sic optatam renovacionem consequi poteritis prompte, integre, perfecte et alacriter.

In hoc anno fidei, qui in memoriam Martyrii SS. Apostolorum Petri et Pauli pontificia dispositione celebratur, estote fortes in fide juxta Apostoli praeceptum, adimplentes omnia quae Summus Pontifex a vobis expectat ut veri filii Ecclesiae, ad imitationem Sancti Fundatoris vestri, semper et ubique esse valeatis, in fidelem executionem Decreti « Perfectae caritatis » quod a Concilio religiosis datum est ad illos dirigendos in viam salutis et pacis.

## ESBOZO DE CRONICA CAPITULAR

Capítulo iniciado el día 1 de septiembre del 1967, a las 18 hs. en el salón del 2º piso del Claretianum, Roma, bajo la presidencia del P. Pedro Schweiger, Superior General.

*La primera fase del Capítulo:*

— Elección de Secretario: P. Gustavo Alonso. Como asociados, los PP. Faliero Bonei y Segundo Alonso.

— Elección de Moderadores: PP. Antonio Leghisa y José M. Viñas.

— Constitución, por elección, de las Comisiones Capitulares: a) examinadores de la Gestión Gubernativa y de la Memoria Administrativa; b) de estudio: Doctrina, Régimen, Vida Religiosa, Apostolado, Formación, Misiones y Administración. Más adelante se añadió la de Educación Cristiana. El Capítulo designó, también por votación, al presidente de cada una de estas comisiones.

— Estudio y votación, artículo por artículo, del « Ordo in Capitulo Generali servandus ». Discusión sobre la mayoría requerida para asuntos importantes, principalmente en cuanto a modificación del texto constitucional.

— Dictamen de la Comisión Examinadora de la Gestión Gubernativa. Id. de la Memoria Administrativa. Respuestas del Gobierno General por medio de su Secretario y del Ministro General.

— Fijación de Criterios para la revisión de las Constituciones y de los Códices adicionales.

*La segunda fase del Capítulo:*

— Caracterizada por el trabajo intenso en Comisión.

— Primeras presentaciones de los esquemas de Decreto en el aula: sobre el carisma del Fundador, sobre las Misiones, etc.

— Se aprueban cambios en la estructuración del Gobierno General.

— El Capítulo acepta la renuncia presentada formalmente por el Gobierno General. Se decide pasar a la elección. Se prepara un « ordo in electionibus servandus ».

— El día 26 de septiembre el Capítulo elige como Superior General de la Congregación al P. Antonio Leghisa. Los días 27 y 28 se hace la elección de los restantes miembros del Gobierno General.

— Por motivo de la renovación de la Mesa de Presidencia se eligen nuevos Moderadores: PP. José García Cascales y Augusto Andrés Ortega.

— Con la inclusión de los PP. L. Martínez Guerra y Gerardo Ruiz, elegidos para el Gobierno General, el Capítulo consta en adelante de 61 vocales.

*La tercera fase se ha caracterizado:*

— Por la discusión intensa de los Documentos en sesión plenaria y el nutrido aporte de votos « iuxta modum ».

— Las Comisiones han debido rehacer sus respectivos esquemas de acuerdo a esos « modos ».

— Han debido dar la redacción definitiva a los Decretos. Sólo en poquísimos casos esta redacción definitiva fue rechazada luego en el aula, debiendo elaborarse todavía otra. Por lo general los textos obtuvieron una mayoría muy próxima a la unanimidad.

*Una cuarta fase, final:*

— El Capítulo dio las líneas de lo que ha de ser el Directorio.

— Se designó la Comisión poscapitular que se ocupará de redactar las modificaciones introducidas en las Constituciones, de plasmar el Directorio, y de compilar el « ordo regiminis » que suplirá al CIA en lo estrictamente jurídico.

— Redacción de la Consigna Capitular para la Congregación, encargada a una Comisión especial.

— Revisión de Actas Capitulares y Dictamen de la Comisión respectiva.

El Capítulo fue clausurado el martes, día 14 de noviembre, a las 11,30 hs., a los 75 días de iniciado. Se tuvieron 72 sesiones plenarias.

GUSTAVO ALONSO, C.M.F.

## DOCUMENTOS CAPITULARES

La *Comisión Doctrinal*, compuesta por 10 miembros. Presidente, P. Augusto Andrés. Secretario, P. Fernando Sebastián. - Ha preparado: « Revisión de Constituciones y otros libros » (Relator, P. Anastasio Gutiérrez); « El Carisma de San Antonio M. Claret como Fundador de la Congregación » (Relator, P. Augusto Andrés Ortega); « Declaración sobre el Patrimonio Espiritual de la Congregación » (Relator, P. Fernando Sebastián).

La *Comisión de Régimen*: 11 miembros. Presidente, P. Máximo Peinador, Secretario, P. Ignacio Cambeiro. Ha preparado: « Decreto sobre el Régimen de la Congregación » (Relator, P. Marcelino Cabreros). - *Subcomisión de Hermanos Coadjutores*. Vicepresidente, P. José Puigví. Secretario, P. Segundo Alonso. Ha preparado: « Decreto sobre los Hermanos Coadjutores » (Relator, P. Segundo Alonso).

La *Comisión de Vida Religiosa*: 10 miembros. Presidente, P. Joao de C. Engler. Secretario, P. Silvestre Apodaca. Ha preparado el « Decreto sobre la Vida Religiosa » (Relator, P. José M. Viñas).

La *Comisión de Apostolado*: 18 miembros. Presidente, P. José Puigví. Secretario, P. Pedro Riaño. Ha preparado el « Decreto sobre el Apostolado en la Congregación » (Relatores, PP. Pedro Casaldáliga y Luis Martínez Guerra). - *Subcomisión de Educación Cristiana*: 5 miembros. Presidente, P. Julián Labastida. Ha preparado el « Decreto sobre la Educación Cristiana » (Relatores, PP. Labastida y Eduardo Garrido).

La *Comisión de Misiones*: 8 miembros. Presidente, P. Jesús Morrás. Secretario, P. Jesús Jaurrieta. Ha preparado el « Decreto sobre las Misiones » (Relator, P. Pedro Caballer).

La *Comisión de Formación*: 12 miembros. Presidente, P. Julián Labastida. Secretario, P. Alfredo Espósito. Ha preparado el « Decreto sobre la Formación » (Relator, P. Espósito).

La *Comisión de Administración*: 8 miembros. Presidente, P. Eugenio Herrán. Secretario, P. Arturo Cisneros. Ha preparado el

« Decreto sobre la Administración » (Relator, P. Manuel Ramírez).


*Comisión especial para la Consigna Capitular*: 7 miembros. Presidente, P. Augusto Andrés Ortega. Relator, P. Luis Martínez Guerra.

*Comité especial para el proyecto de Directorio y Comisión postcapitular*: PP. José M. Viñas, Cándido Bajo y Augusto Andrés Ortega. Relator, P. Viñas.

*Comisión Examinadora de la Gestión Administrativa*: 7 miembros. Presidente, P. Cándido Bajo. Relator, P. Marcelino Cabreros.

*Comisión Examinadora de la Memoria Administrativa*: 5 miembros. Presidente, P. Patrick Mc Polin. Relator, P. Antonio Leghisa.

*Comisión Revisora de Actas Capitulares*: 5 miembros. Presidente, P. Eugenio Lobejón. Secretario, P. Pedro Casaldáliga.



# CRONICA GENERAL

## *Nueva Gobierno y Prefecturas Generales*

Rmo. P. Antonio Leghisa, Superior General.  
 P. José María Viñas, Vicario General (Prefectura de Vida Religiosa).  
 P. Ireneo Díez, Ministro General (Prefectura de Administración).  
 P. Eugenio Lobejón, Consultor (Prefectura de Gobierno).  
 P. Luis Martínez Gkuerra, Consultor (Prefectura de Apostolado).  
 P. Theodore Cirone, Consultor (Prefectura de Formación).  
 P. Gustavo Alonso, Secretario General (Prefectura de Secretaría y Archivos).  
 P. Gerardo Ruiz, Procurador General.

## *Primeras profesiones*

*Cantabria.* Emitieron sus primeros votos en Salvatierra el día 16 de julio los Srs. Pablo Castro Gómez, Fernando García Fernández, Rubén Antonio González Medina (de Puerto Rico), Francisco Javier Izco Gastón, Benigno López Martín, Javier Marcos Marcos, José M. Martínez Manero, Teodoro Santamaría Peña, Donaciano Sardón Carazo, José Luis Vega Gorría y José Ignacio Wensell Alvarez.

## *Ordenes Sagradas*

*Cantabria.* El día de mayo, en la capilla del Claretianum (Roma) recibió la sagrada orden del *Presbiterado*, de manos del Emmo. P. Larrona, el Sr. Víctor Guerendiaín Ciganda. El 29 de junio, los Srs. Pedro Fernández Sánchez y Ángel Echevarría Esparta, de manos del Mons. Lecuona, Superior General del Seminario de Misiones Extranjeras de Burgos, en la capilla de nuestro Teologado de Salamanca.

## **† Defunciones**

- Descansaron en la paz del Señor: el 5 de agosto en Rosario de Sta. Fe (Argentina), el P. Crescencio martínez Amescua.  
 — El 6 del mismo mes en Calatayud, el P. Santiago Cabezón Latorre.  
 — El 28 de septiembre en Zaragoza, el P. Anastasio España Pozo.  
 — El 30 el Colmenar Viejo, el P. Jerónimo Bueno Aguilera.

## *Nombramientos*

*Gobierno Local de la Curia Generalicia.* En Consejo del día 20 de noviembre de 1967 fue nombrado en esta forma: Superior, P. Theodore Cirone; Consultores, PP. Francesco Marchio y José M. Mir; Ecónomo, P. Jesús Torres.

*Gobierno Provincial de Italia.* En igual fecha quedó constituido así: Superior Provincial, P. Agostino Gregori; Consultores, PP. Francesco Husu, Ercole di Cesare, Vittorio Martino y Emilio Bocato, que será también Ecónomo.

*Viceprovincia Francesa.* En ese mismo Consejo se nombró Consultor I al P. Félix Alba.

## *Nueva etapa de "Annales"*

Interpretando cierto criterio que parecía surgir dentro del Capítulo, el Gobierno General ha establecido una orientación y estructura nuevas de nuestro órgano oficial, de acuerdo con algunas propuestas previamente hechas a éste y anteriores Capítulos; las cuales se actuarán a partir de 1968.

Se postula mayor internacionalización, con la consiguiente reducción del contenido y periodicidad de los mismos, y su íntegra redacción en latín, salvo cuando se trate de documentos propiamente tales, que se insertarán en la lengua original.

Substancialmente constarán sólo de aquellos elementos de interés más general, como suelen ser los que venían en *Acta Officialia*